



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Exempla, In Septem Capitalivm Vitiorm Detestationem,
Per Qvadragesimam, An. 1646. narrata**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1649

§. 3. Soldani felicitas & infelicitas à filijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49161)

bilioribus vnam, satisque testatam. Auctor enim illius est oculatus testis Ludouicus Romanus in libro Hodæporico de Persia cap. 2. & 3. qui iter suum inijt An. Christi 1503. vt ipse indicat, lib. 1. de Arabia c. 1. in patriam redijt An. 1509. vt videre est in lib. 3. c. 42. & 44. Ob res in India bene gestas, equestri est dignitate ornatus. vt scribit lib. 3. de India. c. 41. Editus est autem liber iste Hodæporicus Augustæ Anno M. D. XVIII. Hic igitur Author, lib. de Persia cap. 2. describit insignem eius regionis ciuitatem *Ormus* dictam, quæ magnitudine ambitus, multitudine populi, opum affluentia, pretiosa illa margaritarum piscatione nobilissima est; in portu eius semper trecentæ & amplius variorum mercatorum naues reperiuntur, quæ illuc è varijs regnis appellunt. Soldanus autem huius vrbs & insulæ est Machometanus.

Postquam locum descripsit Ludouicus iste Romanus, cap. 3. testatur, talem, se inibi locorum versante, & magnam partem spectante, tragœdiam incidisse. Soldanus multis titulis felix, valetudine admodum bona, viribus Hercules, diuitijs Cræsus, delitijs Sardana- palus poterat haberi; vestitu autem gemmatu pauc. Accessit super omnia vxor fœcunda;

L 2

da;

III.
SOLDANI
FELICI-
TAS, ET
INFELICI-
TAS A FI-
LIIS.

164 *Cap. IV. De inuidia immaniſſimo malo*
da; liberi vndecim, ſpes tanta nepotum; &
erant maſculi omnes. Sed, vt nihil, in terris,
omni parte beatum eſt, ita filius natu mini-
mus illi ſpina fuit. Tanta enim videbatur
eſſe ſimplicitate, vt ab omnibus paſſim pro fa-
tuo haberetur. Hunc pater non dignabatur
aspicere; hunc mater nouercali odio perfe-
quebatur; hunc fratres vbique ludos facie-
bant; hunc ipſi vernæ deſpectui habebant.
Quanquam ignarus pater, aliunde ſibi im-
pendens multò maius malum cauere debuif-
ſet. Siquidem filius natu maximus, tanquã
paternæ dignitatis hæres & ſucceſſor, in de-
licijs parentum fuit, ſed in odio populi ac to-
tius ciuitatis. Quantò enim maiore indul-
gentia fuit educatus, tantò in vitia pronior
euaſit. Nemo illum offendere, nemo aude-
bat admonere, qui parentum gratiam per-
dere non voluiſſet. Qualem ergo volebant,
habuère; voluptatibus deditum; crudelem,
ſuperbum, ambitioſum; qui denique, poſt-
quam omnes premere aſſueuit, ſupra ſe nullũ
voluit pati, ne & ipſe premeretur. Nimirum
nulla ingenia tam prona ad inuidiam ſunt, quam
eorum, qui genus ac fortunas ſuas animis non
equant: quia virtutem ac aliorum bonum ode-
ruunt. Quod odium in hoc etiam iuuenegli-
ſcebat,

Tit. Liu.
dec. 4. l. 5.

ſcebat, in quo ſanguis, non animus regius
erat. Hi mores id illi nomen fecere, vt vul-
gò *catenatus diabolus* diceretur. *Diabolum* e-
nim eſſe, de nequitijs cenſebant, ſed *catenatū*,
quia ei deerat ſuprema poteſtas, qua ſola li-
gabatur, ne omnia auderet.

Quis ſuperbum vidit, qui non eſſet am-
bitioſus? quis ambitioſum nouit, quem in-
uidia non comitaretur? quæ cū nihil aliud
ſit, quàm *triftitia de bono alterius, aut odium*
aliene felicitatis, in quantum aſtimatur dimi-
nuere gloriam propriam, in ſuperbo maxime
ac ambitioſo huius triftitiæ odijque cauſſam
eſt inuenire. *Quoniam ſuperbia comes eſt inui-*
dentia, ait S. Auguſtinus, *fieri non poteſt, vt*
ſuperbus non inuideat. Immo S. Gregorius af-
firmat, inuidiam ſemper ſolere naſci ex ſu-
perbia. Superbus ergo inuidet inferioribus,
ne ſibi æquentur; paribus, quia æquantur; ſu-
perioribus, quia eis non æquatur. Sic, apud
Lucanum, *Nec quenquam iam ferre poteſt, Cæ-*
ſariæ priorem, Pompei ſue parem. Nemo ergo
ſecurus eſt à ſuperba inuidia, aut inuida ſu-
perbia, neque ſubditi, neque æquales, neque
maiores. Sic Dauidi Saul, Abeli Cain, Iosepho
vndecim fratres, Lia Rachel, & alij alijs in-
uiderunt; qui aut maiores erant, aut pares.

IV.

INVIDIA
SUPER-
BIAE CO-
MES.

S. Augu-
ſtin. l. II.
de Genes.
ad t. c. 14.

D. Thom.
2. 2. q. 36.
a. 1.

S. Auguſt.
in Pſalm.
58.

S. Greg.
l. 18. Mor.
c. 20. &
31. c. 31.

Lacan.
lib. II.
S. Chryſ.
hom. 44.
ad pop. &
41. in
Matth.